ſure dicere poterat. quia bibi vinū cum la
cte. Jmo in lacte nouerat iſta tēperate mi
ſcere: ⁊ in altero vtrūqꝫ largiri. Facili ad
edificandū vtebaᷓ materia: ſed vehemen
tiam inebriātis gratie ſentires in verbis
Facilis inerat ei intellectus: ſꝫ affectio ve
T hemens. Dolendū quidē ꝙ tāti viri ſub/
tracta eſt nobis copia/ſed nihilominꝰ glo
riandum ꝙ talē de ortulis noſtris faſcicu
lum mirre ad celeſtē illum ortū ꝑmiſimuſ
Jllic ornamentū eſt: qui nobis hic fuerat
adiumentū. Et ſi vacuata videntur alue/
aria noſtra: ⁊ ortus nudatus: multos ta/
men reliquit manipulos. de quibꝫ potenſ
eſt deus per virtutū incremēta creare fa/
ſciculos. quod ⁊ ī tota operatur eccl'ia do
nec ꝑ ſucceſſiones continuas omniū gra/
duum diſpenſatiōe completa: ſpōſe ſue iā
perfecte ⁊ cōſummate dicat. Ueni in ortū
meum ſoror mea ſponſa. Meſſui mirram
meā cū aromatibus meis: comedi fauuꝫ
cū melle meo. bibi vinum meū cum lacte
meo. Comedite amici ⁊ bibite ⁊ inebria/
mini chariſſimi. Qđ quidē ⁊ ſi in genera/
li illa eccl'ie introductione in dn̄i gaudiū:
que poſt reſurrectōnem fiet: perfectiſſime
ſperatur. Quotidie tamē angelicos ciues
ad congratulatiōis conuiuiū inuitari cre
dimus: cū ſancta quelibet anima (ſiue q̄lē
ſupra meminimus ſiue inferioris ꝑfectio
nis ⁊ gratie) in paradiſi amenitatē tranſ/
fertur. in ortos ſemꝑ virentes. in locuꝫ ta/
bernaculi admirabilis vſqꝫ ad domū dei
Hec recolite fratres. hec recordamini/ et
effundite in vobis animas veſtraſ. Jgni
ta eſt hec recordatō/⁊ liqueſcere faciet ani
mam tuā: ⁊ in delectationes ⁊ deſideria ef
fundi/cū tu ſubis in locū tabernaculi ad
mirabilis in vocē exultationis ⁊ cōfeſſio
nis ſonus epulātis: ⁊ dn̄i inuitantis. Jn
uitantis eſt enim vox. Comedite amici ⁊
bibite ⁊ īebriamini kmi. Amici (inquit) ⁊
chariſſimi. Blandiciarū hec ſunt nomīa.
ſed he blandicie adulatiōem non ſapiunt
officij ⁊ dilectionis ſunt plene. Jpa non
ad blandimēta prolata: inebriandi nō ca/
rent effectu. Efficacia ſunt ad emulcēdoſ
eorum quibꝫ fiunt affectus. Habēt tamē
inter ſe diſtinctiōem ⁊ aliquid ampliꝰ gra
tie ꝓfert chariſſimi q̄ꝫ amici vocabulum.
Uos (inq̄t apoſtolis dn̄s) amici mei eſtiſ
ſi feceritis que precipio vobis. Jam non
(inquit) dicam vos ſeruos ſed amicos. q̄r
oīa quecūqꝫ audiui a patre meo nota fe
ci vobis. Uidete ⁊ hic quandā diſtātiam V
Jllic dicunᷓ amici ⁊ hic: ſed differenter.
Jbi quia faciunt. hic quia ſciunt. Jbi nō
ꝓpter miniſtratiōem: ſed propter myſteri
um. Jbi comedunt: ⁊ hic bibunt. Utriqꝫ
amici: nondū tamē chariſſimi. Chariſſi/
mis in potatiōem cedit ebrietas. ipſa no/
minis ſui forma ſuperabundantiā quan
dam latēter inſinuat: ⁊ ſignificat plenitu/
dinem charitatis. Chariſſimus eſt q̇ cha
ritate pleniſſimus eſt. Chariſſimꝰ eſt qui
charitate infuſus ⁊ imbutus eſt. cuiꝰ me/
dulle ⁊ oſſa ⁊ oīa interiora charitatis li/
quore liganᷓ. Hec quia chariſſimus eſt in
ebriatur/⁊ ſi inde chariſſimus eſt quia in/
ebriatur. Deniqꝫ quid aliud eſt inebriari/
niſi charitatis ꝑfectiſſime delectatione re/
pleri. Aut forte ſi diſtinguere volumus vt
ſint chariſſimi pleniſſime diligētes. inebri
ati perfectiſſimi delectati. Comedite ami
ci ⁊ bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. Ami
ci ſunt qui vel agunt vel audiūt/cariſſimi
qui adherent. Amici agunt ꝑ eo/⁊ audiūt
ab eo. chariſſimi inebrianᷓ eo. Amici ſūt/
quibus nota fecit q̄ audiuit a patre. Cha
riſſimi quibꝫ plenam ipſiꝰ patris infudit
noticiam. Jbi multa docentur. hic diligi
tur merum. Jn chariſſimis non eſt operꝫ
vel doctrine diſtenſio: ſꝫ diffuſio ſola ⁊ ſū/
ma amoris diuini voluptas. Comedite
amici. Jam nō dicitur. Edent pauperes
⁊ ſaturabunᷓ: ſed comedite amici ⁊ inebri
amini. Quomodo pauperes inebriantur
ab vbertate domus dn̄i. Comedite ami/
ci ⁊ bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. Ami
ci vos chariſſimi mihi. amici ꝓpᷓ delecta
tionē ſp ūalē. chariſſimi ꝓpᷓ ſpōſalē. Jn/
ebriamini chariſſimi. Jntroduxi vos in
cellā vinariā vt ordinarē in vob charitatē
Nec eſt charitaſ ordinata niſi cū mēs nr̄a
fuerit vehemētia caritatꝭ īebriata. Nō ē or/
dīata niſi cū oībꝫ alijs fuerit affectibꝫ ſuꝑ
ordīata. Bonꝰ ordo ſuꝑeminētia amoris
ſuꝑeminēs amor cariſſimos effic̄. Cariſſi
mi ſūt ī q̇bꝫ nihil ē vl' caritate vacuū l' alij
negocio vacās. Ordo plenus eſt cum de
caris in cariſſimorū gradꝰ tranſiᷓ. Ordo
plenꝰ ē cū caritatꝭ cumulo nihil adijci pt.
Comedite amici ⁊ bibite ⁊ īebriami kmi
Omnes potanᷓ ⁊ oēs inebriātur. Non

TECHNISCHE UNIVERSITAT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0383
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt